Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



sempiterno. faciamque semen tuum
sicut pulverem terre. Si quis potest
hominum numerare pulverem terre. se-
men quoque tuum numerare poterit. Sur-
ge ergo et perambula terram
in longitudine eius et latitudine su-
am: quia tibi dabitus eam. Cum
ergo movisset tabernaculum suum
abram. venit et habitavit ue-
nit ad convallem mambre que est
in hebron. Edificavitque ibi
altare domino:

Factum est autem in illo tem-
pore ut amraphel rex senna-
ar. et arioch rex ponthi
et chodorlaomor rex elamita-
rum. et thadal rex gentium. mi-
serunt bellum contra basa regem
sodomorum. et contra bersa regem
gomorre. et contra semaar rege
adame. et contra semeber regem
seboym. contra rege bale. ipsa
est segor. omnes hi venerunt in
vallem silvestre. que nunc est
mare salis. Duodecim enim annis
servierant chodorlaomor. et tre-
decimo anno recesserunt a eo. qua-
rto decimo anno venit chodorla-
omor et reges qui erant cum eo
et percusserunt raphaym in asta-
roth. et carnaym. et zuzim cum
eis. et emim in save cariathaym
et choreos in montibus seyr usque
ad campestria pharan. que est
in solitudine. Reversique sunt
et venerunt usque ad fontem iudicii
ipsa est cades. et percusserunt omnem
regionem amalechitarum. et amo-
reorum qui habitabat in asa-
thamar. Et egressi sunt rex sodo-
morum. et rex gomorre. rex ad-
ame. et rex seboym. necnon
et rex bale que est segor. et di-
rexerunt aciem contra eos in valle
silvestri. scilicet adversus chodor-
laomor regem elamitarum. et
thadal regem gentium. et amra-
phel regem senaar. et arioch
regem ponti. quatuor reges ad-
versus quinque. Vallis autem silves-
tris habebat puteos multos bi-
tuminis. fugeruntque reges sodomorum
et rex gomorre. et cecidit ibi. et qui remanserat
fugerunt ad montem. Tulerunt
autem omnes substantiam sodomorum
et gomorreorum. et universa que
ad cibum pertinet. et abierunt. Ne-
mo et loth et substantiam eius filium
fratris abram. qui habitabat in
sodomis. Et ecce unus qui evas-
erat. nuntiavit abram hebreo
qui habitabat in convalle mam-
bre amorrei fratris esthol. et fra-
tris aner. hi enim pepigerant
fedus cum abram. Et audi-
ens abram captum esse fratrem suum
numeravit expeditos
vernaculos suos trecentos de-
cem et octo. et persecutus est eos
usque dan. Et dimisso eorum
super eos nocte. divisit eos et
percutiens eos usque hoba. et pre-
mitens a se ad levam damasci.
Reduxit quoque omnes substantias. loth
fratrem suum cum substantia illius. mu-
lieres quoque et populum. Egressus est
autem rex sodomorum in occursum eius
postquam recessit a cede chodor-
laomor. et reges qui cum eo
erant. in valle save quae est vallis
regis. At vero melchisedech
rex salem proferens panem et
vinum. erat enim sacerdos dei al-
tissimi. benedixit eiusque ait. Be-
nedictus abram deo excelso qui
creavit celum et terram. et bene-
dictus deus excelsus. quo pro-
tegente hostes in manibus tuis tra-
diti sunt. et dedit ei decimas
ex omnibus. Dixit autem rex sodo-
morum ad abram. Da michi a-
nimas. cetera tolle tibi. Cui
dixit ei. Levo manum meam